



# EL BOLETÍN OFICIAL

DEL

## GOBIERNO DE ESPAÑA

### MINISTERIO DE HACIENDA

### BOLETÍN OFICIAL

SE PUBLICA EN DIAS INDETERMINADOS, EN MEDIO, UNO O MAS PLIEGOS.

## DE SECTA MASSONUM

### INSTRUCTIO

SANCTE ROMANÆ ET UNIVERSALIS INQUISITIONIS AD OMNES CATHOLICI ORBIS EPISCOPOS.

Ad gravissima avertenda mala, a *Massonum* secta aliisque ex ea prognatis in Ecclesiam et in omnes civium ordines illata, Sanctissimus Dominus Noster LEO XIII sapienti prorsus consilio Encyclicas Litteras *Humanum genus* ad omnes catholici orbis Episcopos nuperime dedit. Quibus Litteris earundem sectarum doctrinas, finem, consilia detegit, curas Romanorum Pontificum liberandæ a tam nefaria peste humanæ familiæ enarrat, easdem sectas iterum et Ipse damnationis et censuræ nota inurit, simulque docet, qua ratione, et quibus armis sit contra illas dimicandum, quibusque remediis, illatis ab iisdem vulneribus sit medendum.—At cum Sanctitati Suæ perspectum sit, tum demum ex curis suis uberes fructus sperandos esse, cum in rem tanti momenti omnium Ecclesiæ Pastorum opera, consilia, labores unanimi nisu conferantur, mandavit huic Supremæ Congregationi S. Romanæ et Universalis Inquisitionis, ut quæ agenda ipsis Pastoribus potissimum essent, apte eisdem proponeret. Quibus Summi Pontificis mandatis uti par est Eminentissimi Patres una mecum Inquisitores Generales morem gerentes, omnibus Episcopis aliisque locorum Ordinariis hanc Instructionem dandam esse censuerunt.

1.º Imprimis peroptans clementissimus Pontifex animarum saluti prospicere, vestigia sequutus Salvatoris nostri IESU CHRISTI, qui non venit vocare iustos sed peccatores ad pœnitentiam, paterna voce eos omnes, qui *Massonicæ* aliisque dammatis sectis nomen dedere, ad

detergendas animæ sordes et ad divinæ misericordiæ sinum peramanter invitat. In hunc finem eadem usus benignitate, qua eius Decessor Leo XII, ad integrum anni spatium post rite vulgatas supra memoratas Apostolicas Litteras in unaquaque diœcesi, suspendit tum obligationem denunciandi earundem sectarum occultos coryphæos et duces, tum etiam reservationem censurarum, peculiarem facultatem concedendo omnibus confessariis ab Ordinariis locorum adprobatis, ut eos qui vere resipuerint, et sectas deseruerint, ab iisdem censuris absolvere, et Ecclesiæ reconciliare valeant. — Erit igitur sacrorum Præsulam hanc Pontificis Maximi benignitatem fidelibus suæ fidei concreditis nuntiare. Facerent autem rem pastorali sua sedulitate dignam si hoc vertente anno, quem clementiæ peculiari modo addictum vult Pontifex, sacris exercitationibus, Missionum in morem, oves suas ad æternas veritates meditandas, et spiritum rectum innovandum excitarent.

2.º Mens porro est eiusdem Sanctitatis Suæ, ut Encyclicæ Litteræ quam diligentissime evulgentur, quo facilius omnes christifideles intelligant, quam dirum inter eos venenum serpat, quantaque eos eorumque prolem pernicies maneat, nisi tempestive sibi caveant. Tum sollertissima et impensissima opera danda erit, ut remedia tam quæ a Pontifice proponuntur, quam quæ propria cuiusque prudentia suaserit, adhibeantur. — Primum omnium excitare in hanc rem oportet industriam sedulitatemque parochorum; deinde adsciscenda generatim eorum opera est, quibus a bonorum omnium largitore Deo facultas dicendi aut scribendi tributa est, vel quibus divini verbi annuntiandi vel christianæ plebis a culpis expiandæ, vel etiam iuventutis instituendæ cura demandata fuerit, ut et ipsi labores sus conferant ad detegenda Massonum, aliarumque damnatarum societatum impia placita et infanda molimina, et ad reducendos in viam salutis eos, qui sive temere et incaute, sive consulto et cogitato ad eas accesserint, atque ad illos præmonendos, qui nondum in earum laqueos inciderunt.

3.º Ne quis vero errori locus fiat, cum diiudicandum erit, quænam ex his perniciosis sectis censura, quæ vero prohibitioni tantum obnoxia sint, certum imprimis est, excommunicatione latæ sententiæ multari Massonicam aliasque eius generis sectas quæ capite 2. n. iv. Pontificiæ Constitutionis *Apostolicæ Sedis* designantur, quæque contra Ecclesiam vel legitimas potestates machinantur, sive id clam sive palam fecerint, sive exegerint, sive non, a suis asseclis secreti servandi iuramentum.

4.º Præter istas sunt et aliæ sectæ prohibitæ atque sub gravis culpæ reatu vitandæ, inter quas præcipue recensendæ illæ omnes, quæ a sectatoribus secretum nemini pandendum, et omnimodam obedientiam occultis ducibus præstandam iureiurando exigunt. Animadvertendum insuper est, adesse nonnullas societates, quæ licet certo statui nequeat, pertineat necne ad has, quas memoravimus, dubiæ tamen et periculi plenæ sunt, tum ob doctrinas quas profitentur, tum

ob agendi rationem quam sequuntur ii, quibus ducibus ipsæ coaluerunt et reguntur. Ab his etiam Sacrorum Antistites, quibus germana Christi fides et morum integritas maximæ curæ esse debet, noverint oves suas deterrendas et arcendas esse, et eo quidem diligentius, quod ob servatam ab iisdem quandam honestatis speciem corruptelæ periculum, quod in ipsis latet, difficilius a simplicibus præsertim hominibus et adolescentibus persentiri et præcaveri poterit.

5.º Rem proinde facient sacri Pastores suis ovibus apprime utilem et Sanctitati Suæ periucundam, si præter commune et usitatum concionandi genus, quod omnino retinendum est, illud adiungent, quod defendendis catholicis veritatibus adhiberi solet, et aptissimum est profligandis erroribus, quos latius et maximo cum animarum detrimento hodie disseminari Apostolicæ Litteræ *Humanum genus* deplorant. Quod quidem concionandi genus tum erit christianæ plebi saluberrimum, cum refutatis erroribus, christianæ doctrinæ vim præstantiam et utilitatem dilucide et ordine explanabit, et amorem erga catholicam Ecclesiam, quæ eandem doctrinam integram incorruptamque servat, in animis auditorum excitabit.

6.º Cum vero vaferrimis sectarum artibus fraudibusque adolescentes, pauperes artifices et operarii facilius allici et capi soleant, ad hos etiam peculiare curæ sunt convertendæ. Atque ad iuventutem quod attinet, adnitendum summopere est, ut a teneris annis tam intra domesticos parietes, quam in templis et in scholis ad christianam fidem, christianosque mores accurate informetur, et mature doceatur, qua ratione sibi ab insidiis tenebricosarum sectarum cavere debeat, ne si in earum laqueos inciderit, sit ipsi imposterum tam iniquis dominis maximo cum æternæ salutis et humanæ dignitatis detrimento turpissime serviendum. Juvenum incolumitati perbene consultum erit, si ex iis conflatae fuerint societates, quæ a Beatissima Virgine aliove cælesti Patrono nomen sumpserit. In his cœtibus veluti in palæstris, si præsertim iis præficiantur Sacerdotes laicique homines sapientia et dexteritate præstantes, adolescentes animum sument virtutibus colendis, et religioni aperto ore, contemptis impiorum irrisionibus, profitendæ, simulque assuescent horrere quid quid a catholica veritate et sanctitate alienum sit.

7.º Perutile etiam est, hinc patres, illinc matresfamilias fraterno fœdere coniungere eam in finem, ut viribus unitis æternæ propriæ sobolis saluti rectæque institutioni aptius studere, et efficacius consulere possint. Plures huius generis consociationes huc illuc inductæ sunt, sive de viris, sive de feminis agatur, quæ Cælitis alicuius tutelæ sese commiserunt, et lætissimos religionis ac pietatis fructus edunt.

8.º De *artificibus* autem et *operariis*, inter quos potissimum delectus haberi solet ab iis, quibus vel ipsa religionis et societatis fundamenta convellere propositum est, ponant sibi ante oculos Sacrorum Antistites prisca illa collegia fabrum, vel artificum universitates aut

sodalitates, quæ adscito sibi cælesti Patrono anteactis temporibus præclaro fuerunt civitatibus ornamento, et artibus sive politioribus sive humilioribus incremento. Hos aliosque cœtus ex iis etiam hominibus qui mercaturæ negotiis vel humanioribus disciplinis sese dederunt, iterum excitabunt, in quos qui coiverint religionis officia sedulo edocebuntur et obibunt, et una simul in humanis necessitatibus, quas ferre aut corporis ægrotudo aut senium aut paupertas solet, mutuo sibi sint auxilio. Qui his cœtibus præsent, sedulo advigilabunt, socii morum probitate, operum affabre effingendorum peritia, laborum ferendorum docilitate et assiduitate maxime commendentur, quo facilius, quæ ad vitam sunt necessaria, sibi parare queant. Nec detrectabunt iidem Antistites huiusmodi societatibus advigilare, leges proponere aut adprobare, gratiam divitum conciliare, patrocinio suo eas prosequi, ope iuvare.

9.º Neque peculiarem eorum curam fugiet mirabilis illa *precum et operum societas*, quæ nonnullis in locis nata, in aliis iam adolescere cœpit. Curandum summo studio est, ut in hanc adscribantur quotquot recte de religione sentiunt. Nam cum ei propositum sit, generali quadam animorum consensione in universa qua late patet catholica Ecclesia, religionis ac pietatis opera fovere et amplificare, divinæque indignationi placandæ assidue studere, facile intelligitur quantæ ea miseris hisce temporibus futura sit utilitati. Ex precandi autem formulis eam Episcopi comendabunt maxime, quæ a Deiparæ *Rosario* nomen habet, quamque tamquam præstantissimam amplissimis laudibus haud ita pridem Sanctissimus Dominus Noster prosequutus est et impensissime inculcavit. Inter opera vero pietatis ea eligantur quæ obiri ab iis solent qui *tertium S. Francisci Ordinem* profitentur, inter quos sicut et inter sodales S. Vincentii a Paulo vel Marianos quo plures fieri poterit conscribendos curabunt, ut præclarissima opera quæ tanto cum catholici orbis plausu et animarum fructu ab iisdem peraguntur, latius in dies manent.

10.º Optimum denique, actu esset, si ubi id locorum et personarum idiuncta siverint, catholicæ scientiarum Academiæ excitarentur, illique perutiles conventus seu *Congressus*, uti vocant, haberentur, ad quos unius vel plurium regionum lectissimi homines deputarentur, eosque præsentia sua Sacrorum Antistites honestare non dedignarentur, ut simul consilia rei catholicæ provehendæ sub eorum auspiciis iniri et quæ tum huic tum publicæ utilitati magis conferunt, statui possent.—Neque abs re esset si, qui sibi provinciam depoposcerunt assiduis scriptis et lucubrationibus defendendi Dei et Ecclesiæ iura, et recidendi novos qui in dies subolescunt errores et cavillationes, sociato agmine, Episcopis ducibus, dimicarent. Fieri enim non potest, quin, si vires omnes, quæ vividæ adhuc, Deo opitulante, in Ecclesia vigent valentque, in idem consenserint, uberrimi referantur fructus ad hodiernam hominum societatem ab exitiali iniquarum sectarum contagione vindicandam, et in Christi libertatem asserendam.

11.º Quæ hactenus propõsita sunt, haud ita facile optatum finem assequentur, nisi vires uniantur, ac proinde nisi Archiepiscopi cum suis Suffraganeis una consuluerint et statuerint. quid facto opus sit, ut Supremi Pastoris desideriis obsecundetur. Cuius, sicut et Supremæ huiusce Congregationis in votis est, ut eorum singuli quantocius renuntient, et imposterum quoties statum describent diœceseon, referre ne prætermittant, quid quisque vel singillatim vel una cum suis in Episcopatu collegis egerint, et quem eritum eorum studia sortita fuerint.

Datum Romæ ex Cancellaria S. Officii die 10 Maii 1884.

RAPHAEL CARD. MONACO.

## RESOLUCIONES DE LA S. S. DE RITOS.

### PALENTINA.

Hodiernus Cæremoniæ Magister in Diœcesi Palentina, de consensu Rmi. Ordinarii, Sacræ Rituum Congregationi insequentia Dubia pro opportuna solutione humillime proposuit, nimirum:

Dubium I. Cum ex nonnullis Sacrarum Romanarum Congregationum responsis, aliqui putent sacram Pyxidem, aperto Tabernaculi ostiolo, posse Fidelium pietati exponi, minime vero inde extrahi; illi vero educi posse opinentur, tantum ut cum ea Populo benedicatur, quemadmodum fieri solet certis diebus in pluribus Ecclesiis Regularium; quæritur num huiusmodi consuetudo admitti possit?

Dubium II. Et quatenus Negative; permitti potest, vi consuetudinis, illis Congregationibus, seu Religiosis Familiis, quæ etiam alibi, ita facere consueverunt?

Dubium III. Concedine potest prudenti arbitrio Ordinarii etiam aliis Congregationibus id petentibus?

Dubium IV. Ad mandatum exequendum Sanctissimi Domini Nostri Leonis Papæ XIII, juxta decretum Urbis et Orbis diei 20 Augusti vertentis anni, quoad Rosarium singulis Octobris diebus cum litaniis in cunctis Ecclesiis Parochialibus recitandum, et Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum exponendum, quo deinde fideles lustrentur, sufficitne privata expositio, scilicet aperiendo ostium Tabernaculi; et 2.º potestne in hoc casu extrahi Pyxis, quacum populo benedicatur?

Dubium V. Eodem decreto præcipitur quod, si mane Rosarium

cum litanis recitetur, Sacrum inter precēs peragatur: quæritur num hæc verba ita intelligi debeant quod Rosarium uno eodemque tempore dicatur quo Missa celebratur; vel potius Missa antea celebranda sit, ac postea Rosarium cum litanis recitetur, quemadmodum fieri solet in Palentina Diœcesi?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, exquisitoque voto in scriptis alterius ex Apostolicarum Cæremoniarum Magistris, ita propositis Dubiis rescribendum censuit, videlicet:

Ad I. Affirmative:

Ad II. Provisum in 1.º

Ad III. Affirmative:

Ad IV. Consulendum Ssmum:

Ad V. Affirmative ad primam partem: Negative ad secundam.

Atque ita rescripsit ac declaravit die 16 Januarii 1886.

Facta autem ab ipsomet Sacræ Congregationis Secretario de contentis in IV Dubio Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papæ XIII relatione, Sanctitas Sua hæc indulgere dignata est.—«Attentis speciali-  
»bus circumstantiis Ecclesiarum pauperum, in quibus præscripta ex-  
»positio Sanctissimi Sacramenti solemniter modo, seu per Ostensorium,  
»fierit nequeat absque incommodo, eandem per modum exceptionis  
»peragi poterit, prudenti iudicio Ordinarii, cum Sacra Pyxide: ape-  
»riendo scilicet ab initio ostiolum Ciborii, et benedicendo in fine  
»cum eo populum.—Die 4 Februarii anno eodem.—D. Cardinalis Bar-  
»tolinius S. P. C.—Præfectus.—*Laurentius Salvati*. S. R. C. Secreta-  
»rius.»

---

## OBISPADO DE OSMA.

Hemos recibido de S. M. la Reina Regente (q. D. g.) una carta fecha 24 del mes corriente, en la que nos participa haber dado á luz con toda felicidad un varon, rogándonos á la vez ordenemos que en todas las Iglesias sujetas á Nuestra jurisdiccion se tributen al Señor las más rendidas gracias por tan señalado beneficio. En su virtud hemos tenido á bien disponer que en el primer dia festivo siguiente al recibo de este BOLETIN se cante en todas las Iglesias de la Diócesis, concluida la Misa Conventual, un Solemne *Te-Deum*, á cuyo acto religioso deberán invitar los señores párrocos y ecónomos á las autoridades y corporaciones de sus respectivas feligresias.

Burgo de Osma 27 de Mayo de 1886.

*Pedro Maria, Obispo de Osma.*

---



A las nueve de la mañana del día 26 de Abril próximo anterior falleció el Excmo. é Ilmo. Sr. Dr. D. Saturnino Fernandez de Castro, dignísimo Arzobispo de Búrgos, despues de recibir los Santos Sacramentos de Penitencia y Extrema-Uncion.

Al participar á nuestros diocesanos tan triste noticia, les rogamos pidan á Dios por el eterno descanso del Ilustre último Metropolitano de esta Provincia eclesiástica.

*Pedro Maria, Obispo de Osma.*

Profundamente afectado por el fallecimiento de Nuestro venerado Hermano el Excmo. Sr. Dr. D. Narciso Martinez Izquierdo, dignísimo primer Obispo de Madrid-Alcalá, ocurrido en la tarde del día 19 de Abril próximo anterior, á consecuencia del horroroso sacrilego atentado de que había sido víctima en las gradas de su Santa Iglesia Catedral, Nos dirigimos enseguida á la Secretaría del Ilustre finado participando Nuestro amargo sentimiento por tan gran desgracia y Nuestro horror por el execrable crimen que la causó, habiendo recibido en contestacion la siguiente carta del Gobierno eclesiástico.— «Obispado de Madrid y Alcalá, Sede vacante, 21 de Mayo de 1886.— Excmo. é Ilmo. Señor.—Mi venerable Prelado; dando hoy una pequeña tregua al inmenso dolor que viene embargando mi ánimo desde el infausto asesinato de nuestro amadísimo Prelado (q. e. g. e.), dolor que en mí hubo de aumentarse considerablemente al recibir sobre mis débiles hombros y por tan lamentable motivo, la difícil carga del gobierno de esta Diócesis, tengo el honor de dar á V. E. atentísimas gracias en mi nombre y el de todo clero y fieles hijos de esta Diócesis, así por su sincero y sentidísimo pésame, cuanto por la participacion que toma en nuestro justo y comun horror por crimen tan execrable.— De muy dulce lenitivo nos sirvieron las frases de consuelo de V. E. R. y encarecidamente le pido continúe rogando al Todopoderoso por el descanso eterno del ilustre finado y por que el Señor se digne cuanto antes proveer de Pastor, cortado segun su Santa medida, á esta naciente Diócesis.—Con esta ocasion saluda á V. E. humildemente, se ofrece á su órdenes y besa reverente el anillo pastoral de V. E. S. S. y Capellan.—Excmo. y Rvmo. Señor.—Francisco Sanchez Juarez.»

Aunque piadosamente pensando, confiamos en que Dios ha recibido en su Santa gloria al Ilustre finado, pues que ha muerto como un martir dando ejemplo de celo y de caridad heroica, continuemos, sin embargo, elevando al cielo nuestras oraciones por su eterno descanso.

*Pedro Maria, Obispo de Osma.*

Habiendo desaparecido felizmente la causa que motivó Nuestra circular de 21 de Julio próximo anterior, por la cual mandamos que en todas las Misas y siempre que lo permitiesen las SS. Rúbricas, se recitase la oracion correspondiente á la Misa *pro vitanda mortalitate*, hemos tenido á bien disponer que en adelante se omita.

Burgo de Osma, 29 de Mayo de 1886.

*Pedro Maria, Obispo de Osma.*

## DONATIVOS PARA SOCORRER LAS NECESIDADES DEL ROMANO PONTIFICE

ó SEA

### DINERO DE SAN PEDRO.

	<u>Reales.</u>	<u>Cs.</u>
<i>Suma anterior.</i> . . . . .	54.701	20

Ilmo. y Rvmo. Sr. Obispo por Abril y Mayo 200 reales.—D. Pelayo Ruiz, por id. id. 20.—D. Gonzalo Mingueza 40.—D. Félix Marzol 40.—D. José Muñoz 43,15.—D. Tirso Gutierrez 90.—D. Francisco Borobio 41.—D. Manuel de Roa, párroco de Santa María de Aranda de Duero por los meses de Febrero y Marzo 40.—D. Juan Martinez, por id. 8.—D. Higinio Arroyo 10.—D. Miguel Arroyo 16.—D. Modesto Gil 24.—D. Castor Martin 8.—D. Francisco San Martin 12.—D. Manuel Martinez 8.—D. Epifanio de la Higuera 16.—D.<sup>a</sup> María Aguado 2.—El Colegio de niñas de la Inmaculada Concepcion de Aranda, 12.—D. Lucio Aranz 12.—D. Rufino Ontoria 12.

*Suma y sigue.* . . . . . 55.355 35

Ha sido nombrado Administrador delegado de Cruzada de este Obispado el Sr. D. Estanislao Fuentes que vive en esta villa, Calle Mayor, núm. 23, á quien pueden dirigirse todos los interesados.